



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 57. Spuriorum Reformatorum consultatio contra Blandratum Vissenburgi  
habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI. in re eodem ferme cultu, ac olim Judæi  
A.C. 1568. Esdræ post suam a Babylone reditum  
 venerabantur, sua auctoritate, atque  
 industria præpedierit, omnesque Mi-  
 nistros pro sui muneris exercitiis cape-  
 ces reddi procurarit: verum Regnante  
 Sigismundo hæretici in sua petulantia  
 eo processerant, ut Pinczoviensium, ac  
 ceterorum Christi Domini Divinitatem  
 negantium factio, si ceteris potentior  
 non fuit, saltem Calvinistis æque, ac  
 Catholicis ingentem terrorem incute-  
 ret, eoquod præter quamplurimas Ec-  
 clesias Cracoviæ, Lublini, Pinczoviæ,  
 Novogrodii, Racovici, ac extra urbes  
 in villis erectas, insuper quamplurimos  
 generis nobilitate conspicuos sibi ad-  
 dictissimos numeraret.

## §. LVII.

*Spuriorum Reformatorum consultatio  
 contra Blandratum Vissenburgi  
 habita.*

*Lubien. l. c.* **T**anto Pinczoviensium progressu adul-  
 terini reformati haud parum ter-  
 riti sæpius adhuc nova concordie me-  
 dia arripere tentabant, ac præprimis  
 præsentem ipso Principe aliud haberi col-  
 loquium postulabant, ut sese Blandrato  
 opponerent, qui suis artibus novæ huic  
 sectæ auctoritatem conciliare nitebatur:  
 itaque ejusmodi colloquii facultas ipsis  
 datur,



datur, illudque die octava Martii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octavo Vissemburgi, seu Albæ Juliæ instituitur, atque ad decem omnino dies protrahitur; ubi comparuerat ipsemet Blandratus, comitantibus eum Francisco Davide, Basilio Claudiopolitano Ministro, Demetrio Hunniada, Paulo Julio, Joanne Sinnigo, Morosino, Martino Albano, Benedicto Quartio, & Gregorio Vagnero, qui omnes in existimatæ reformationis Ecclesiis Viri erant conspicui; præprimis vero Blandratus contra Sanctissimæ Triadis Mysterium, Christi Domini Divinitatem, ejusque duplicem in una Persona naturam ibidem disputabat, suasque propositiones, contra suos adversarios tam valide tuebatur, ut Princeps, & Regiæ Aulæ Proceres eidem palam applauderent.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1568.

§. LVIII.

*Continuata Michaelis Baji causa.*

Interea immoto studio semper causa Michaelis Baji in Belgio urgebatur; postquam enim Morillonius generalis Vicarius tam hujus Doctoris, quam focii ejus Hesseli libros intercipi jusserat, idem ineunte hoc anno Domini millesimo quingentesimo sexcentesimo octavo Fratres Minores utriusque hujus Doctoris

*Op. Baji  
tom. 2. p. 71,  
num. 198.*